

lia capitula de statu canonico ab ipso sancto in eodem concilio fuerint statuta, quamque fuerint Spiritu sancto profitente ab omni falsitatis errore eliquata, quicumque plene scire voluerit, eiusdem concilii descriptionem requirat, et inveniens singulas cum propriis auctoribus sententias, animadvertet huius sanctissimi viri verba non solum praesentes inimicorum Christi fallacias, sed etiam quandoque futuras, Spiritu providente, iugulasse versutias.

I, 2: Fuit igitur praedictus episcopus Melanius admirandae sanctitatis, de parochia Venetensi, ex nobilissimis parentibus oriundus. Qui in fundo qui Placio vocatur nutritus, quamvis emineret nobilitate generis, supereminebat tamen nobilitate fidei

I, 3: Fuit autem forma praecipuus, corpore castus, mente devotus

II, 6: Pauperes quoque eius consilio abundantissime sustentans, Dei servos, cuiuscumque fuissent ordinis, condigna reverentia honorabat.

periuntur, quae etiam utilia omnibus scire volentibus et necessaria esse perspicuum est.

cap. XXIV.

Fuit autem sanctus Melanius de Venetensi parochia, de villa Placio, nobilis genere, forma praecipuus, corpore castus; cuius consilio rex Clodoveus pauperes alebat et sanctos honorabat.

fol. 165 col. 2.

Fuit igitur praedictus episcopus nobilis genere sed nobilior fide Erat enim de Venetensi paroechia ex progenie oriundus ex nobilissimis parentibus, in palatio nutritus. Fuit autem forma praecipuus, corpore castus, mente devotus . . . fol. 165 col. 1.

Pauperes vero eius consilio alebat [scil. Clod. rex], Dei servos honorabat . .